

CONSILIUM

D. HIERONYMI

GIACHARII I. C. LVGIEN.

IN MATERIA SYNDICATVS,
Articulos ab eo non minus plenè, atque eleganter, quàm accuratè, & subtiliter
discussos, atque examinatos ad defensionem continens.



SUMMARI A.

- 1 Multiloquium prudentissimos stomachari solet.
- 2 Reijcienda quæ potius ad pompam, quam ad esse rei seruiunt.
- 3 In claris tam stultum est argumentari, quam sub clarissimo Sole mortale lumen afferre.
- 4 Substantialia dumtaxat ad rem conferentia sunt attingenda.
- 5 De vicarij mandato fuit clericis, vt singulis, non autem capitulo facta monitio.
- 6 Monitio canonica, quæ.
- 7 Canon requiritur vbi facti necessitas aliter suadet, & numero 346. cum seq.
- 8 Quod præcepti tempore necessitas suaserit, sic probatur hic in textu.
- 9 Excommunicatio absque monitione lata per ordinarium valet.
- 10 In communicatione pro futuris culpis monitio non requiritur, & numero 304. exemplificatur etiam infra num. 386. & seq.
- 11 Dies interpellat pro homine.
- 12 Futuræ culpæ ex parte querelantium, & num. 24.
- 13 Canoncorum quorundam contemptus.
- 14 Culpa est non facere ea, quæ tenemur.
- 15 Non facere est facere in penalibus.
- 16 Valet excommunicationis sententia in pœnam delicti absque monitione, & num. 304.
- 17 Valet excommunicatio pro negligentia. Item & pro contumacia, num. 277.
- 18 Præcepti emanati validitas cum duobus seq. nu. & vsque ad num. 30. & idem num. 341.
- 19 Superioris præcepto iusto est parendum, & num. seq. & vi. sub num. 303.
- 21 Forma sententiæ excommunicationis, quæ fallit, vt infra, & sub num. 301. & 302.
- 22 Excommunicationis exemplum infra mensem est petendum.
- 23 Valet excommunicatio sine scriptis lata, vbi non aderant ad scribendum necessaria.
- 25 Murmur tempore præcepti fiebat, & morbus ille aliter mendi non poterat, & num. 27.
- 26 Causa præcepti facti Clericis, vt singulis quæ, & num. 27. & post num. . . .
- 29 Cap. 1. de sent. excommuni. in sexto limitatur, & nu. 30. 28. cum duob. seq. & num. 301. 302. 305.
- 31 Ob contemptum excommunicati contempserit absolutionem, & num. 28. 29. & 308.
- 32 Leges vim non habent, nisi post illarum promulgationem
- 34 Ordinarius etiam censuris ecclesiasticis annexis retinet clauium vsu, & num. 201. præterquam in casibus conc. Const. num. seq.
- 36 Cum quibus excommunicatis licitum est in vtilibus, & ad l. pertinentibus participare, & num. 29.
- 37 Ideò poterit vicarius excommunicatos absolueri per non annexos ad id in solidum deputatos, istud enim ei incumbat ex officio, & num. 29. & seq.
- 38 Querelantium defectus, atque de eorum suggestione, & numero 37.
- 39 Pro Vicario sunt decisiones apertæ, atque opiniones Doct. receptæ, à quibus non est recedendum.
- 40 Absolutio sententiæ latæ iuris ordine non seruato valet.
- 41 Syndicatus iniquitas num. 37. & seq. & 411. 413.
- 42 Episcopus vbi cognoscit inter suos clericos, debet sine scriptis cognoscere, & iudicare.
- 43 Diabolica vindicta in Vicarium, & num. 37. & ante numer. 80.
- 44 Officiales de leuioribus non syndicanur, & num. 310.
- 45 Neque contra eos est curandum de apicibus iuris.
- 46 Officiales non tenentur, nisi de dolo, de culpa autem lata non.
- 47 Pro officialibus præsumitur. Et contra eos omnis scrupulosa inquisitio reijcitur, alias frangeretur neruus iustitiæ, auctoritasque iudicum deprimeretur, atque vilesceret, & in officio successores leuio gradu, vel calce procederent, & quædam ex M. T. Cic. notatu digna.
- 48 Bufonius nomine capituli comparens absque procuratoria speciali, vti temerarius, atque calumniosus est puniendus, & num. 50. & 52.
- 49 Procuratorium speciale requiritur, vbi procurator potest facere incidere dominum in pœnam.
- 51 Procuratorium ad syndicandum debet esse in indiuiduo ad opponendum sic, & sic.
- 53 Ratificatio post tempus facta nõ valet, nec ratificanti prodest, sed obest, nu. 56. 22. & 34.
- 54 Reclamatio facta per Petrum nomine suo, ac fratrum, à quibus non habebat mandatum, nisi sit ratificata infra tempus præfixum ad appellandum non valet.
- 55 Statutum mandans contra aliquem intra certum tempus procedi posse attendi debet, & lapsò dicto tempore processus excluditur.
- 56 Lapsus temporis est fortior defectus, quam expressa, vel tacita renunciatio.
- 57 Ratificatio serotina non operatur ad præiudicium eius, cui ex medio tempore ins est quæsitum.

- 58 Ratificatio facta re non integra non trahitur retro, & est, ac si facta non esset, & num. seq.
- 59 Ratificatio non trahitur retro, ubi aufertur ius quasitum alij, contra quem ratificatur.
- 60 Qui declarat nihil novi facit, sed iam factum proponit, & dicitur solum detegere, ut ille, qui grana aspicit excutit, num. 61.
- 62 Declaratio tametsi trahatur ad principium actus, non tamen trahitur ad praedictum eius, cui ius fuit quesitum.
- 63 L. haeres palam, §. si quis post. ff. de test. declaratur.
- 64 Carcerati sub uno iudice, non sunt contra eum in testes recipiendi.
Assignatur ratio, num. seq.
- 65 Officialis conuentus tempore syndicatus excusatur, si non praestat fidei iussorem, quia sufficit, ut iuratoriā praestet cautionem.
- 67 Syndicatorum ignorantia, quae est cunctorum malorum mater, & num. 61. cum trib. seq.
Et nota, qui ecclesia viris litteratis indiget, & num. 81.
- 68 Tempus syndicatus statutum.
- 69 Testes inimici repelluntur etiam in crimine laes. maiest. & har esis; in quibus ob illorum immanitatem infames, ac deplorati admittuntur.
- 70 Nec istud princeps facere posset.
- 71 Inimicitiae causa, quae sufficit probatur, num. 72. & 212.
- 73 Notorium haud indiget probatione.
- 74 Acta iudicij inducunt notorium.
- 76 Inimicitia, quae grauis, & quae leuis, relinquitur in iudicis arbitrio.
- 77 Testes ex inimicitia etiam praesumpta repelluntur.
- 78 Etiam ubi ex causa minus probabili proueniret.
- 79 Testis inimicus semiplena haud facit probationem, etiam si non sit capitalis.
- 80 Testes non admittendi, si admittantur cum clausula. salui exceptionibus, non sunt in consideratione, & pro non receptis habentur.
- 82 Testes laici contra Clericum in causis criminalibus intentatis criminaliter admittuntur, & num. 174.
- 83 Etiam in criminalibus exceptis.
- 84 Fallit ubi veritas aliter haberi non potest.
Declara, num. 84. 85.
Exemplifica, num. 87.
Quid articulandum, & quid probandum, ut admittantur, num. 92. & seq.
- 89 Iul. Clar. contra communem est locutus, & nu. 108. & seq.
- 97 Fatuus esset iudex ille, qui ob singularem vnus opin. a comm uni deniaret, & num. seq.
Et recedenti potest dici. Tibi durum est contra stimulum calcitrare, num. 100.
- 101 Contra personam publicam duo testes non sufficiunt.
- 102 Cessat falsi suspitio, ubi cessat commodum.
- 103 Querelantium animus, num. 124.
- 104 Vicarij integritas, & num. seq. & per totum consilium.
- 106 Temeritas querelantium inexcusabilis.
- 107 Contra iudicem praesumptiones non sufficiunt, sed probationes luce meridiana clariore requiruntur, & nu. 35.
- 110 Testium examinatorum defectus, & num. 124. cum duob. sequent.
- 111 Testes habentes plures defectus repelluntur etiam in causis priuileg. atque etiam ubi aliter veritas haberi non potest num. seq. & num. 118.
- 113 Querela contra iudicem sunt probanda ex antiquis actis, non autem ex nou.
Scriptura negata est recognoscenda.
Inficiata, fundanti se in illa incumbit onus probandi.
- 116 Querelantium testes erant repellendi, vti defectus quam-
- plures habentes, & hoc etiam in causis priuileg. cu duob. sequent.
- 119 Canonici pro canonico non est testis idoneus.
- 121 Dominus Cyprianus ultra quod sit sicarius, atque irregularis, est etiam vnus ex querelantibus, ex quibus venit repellendus.
- 122 Homicidium respectu presbyteratus dicitur grauius.
Omne flagitium tanto conspectu in se crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. ibid.
- 124 Testium, ac querelantium conspiratio in vicarium, quae propter illis iure merito non creditur.
- 128 Testes fouentes eandem causam principaliter sunt repellendi.
Quinimò etiam si in consequentiam, num. seq.
- 130 Testes dicuntur deponere in facto proprio, vix contra agi potest iniuriarum actione.
- 131 Item quando commodum, vel incommodum ad eos potest pertinere, num. seq.
- 132 Testes dicuntur deponere in facto proprio, ubi tractant de se exonerando.
- 134 Doctore praesertim claro, ac Illustrissimo testanti de consuetudine est credendum.
Et posito, quod sit dubium, quo ad plenam probationem, verum tamen dicitur quo ad praesumptionem, cui standum est, donec probetur contrarium, num. seq.
- 136 Testes fouentes causam consimilium repelluntur.
- 138 Testibus nimium animose deponentibus. haud est credendum. Item sunt suspectissimi, num. seq.
- 140 Testes contra iudicem debent esse omni exceptione maiores, neque tales praesumuntur, nisi probentur.
- 141 Arrestum contra nonnullos factum iustificatur.
- 142 In canonico interamna materia notabilia quadam.
- 143 Dom. Io. Hieronymi Cherub. querela. explosa. cum honore Vicarij, cuius deuotio religio, atque pietas proponitur, num. seq. & 146.
- 145 Canonico querelantium contemptus in audiendo conacionatores.
Item in Sanctiss. Sacramenti Eucharistiae adoratione, nu. 148. & seq.
- 147 Clericus non beneficiatus, vel haud in sacris constitutus, non tenetur ad officium domini persoluendum, & sub numero seq.
- 150 Penarum distributio pijs locis facta.
- 151 Testes simplicem negatiuam firmantes, cum sit improbabilis ob eorum temerariam assertionem sunt puniendi, & qualiter.
- 152 Domini Leonori querela explosa. Item eius absentia ex suo capite, num. seq. pluribus.
- 155 Parochi necessitas ubi illum abesse contingit relinquendus est prius per ordinarium approbandus, & 351.
- 155 Ordinarius potest cogere absentes ad residendum per censuras ecclesiasticas.
- 156 Dimisoria scripturam exigit, & num. 349.
- 157 Casus scripturam requirentes remissiuè, & nu. 309.
- 158 Consuetudo altera lex.
- 159 Prioris querela ab ipso meto destituta.
- 160 Accusantes Vicarium, in quibus reperiantur terminis, & num. 258.
- 161 Verbum iudicis obiter prolatum non irrogat infamiam.
- 162 Officialis non tenetur in iuriarum actione, ubi corrigend. animo, verbum iniuriosum protulit.
- 163 Conuictum generale iniuriam non infert, & exemplificatur, & aliud exemplum, vide num. seq. de consiliario alteri conuictanti.
- 65 Interlocutoria potest infra tempus debitum per ordinariu reuocari.

- 166 Priores causas esse per locorum ordinarios cognoscendas, ex S. C. Trid. dispositione.
- 168 Vbi agitur de reuocatione interlocutoria coram eodem iudice, tunc illius reuocatio potest fieri etiam e nouis actis.
- 169 Relatio duplex, & quae possit reuocari, & quae non.
- 170 Reali in relatione oportet transmitti acta.
- 175 Relationis axemplum partibus dandum debet esse manu publica, & de reuocatione, num. 172.
- 173 Notario de extraiudiciali confessione deponenti standum non esse.
- 175 Testi deponenti ad se exonerandum non est credendum.
- 176 Testis tractans de se exonerando non prabat.
Et est suspectus num. seq.
Et ei ubi is deponenti in quo laus, vel opprobriū potest euenire non creditur, num. 178.
- 179 Testes pauperes viles, & abiecti non probant.
- 180 Incauta locutio potest reuocari etiam non docto de errore.
- 181 Et huiusmodi reuocatio haud irrogat infamiam, praesertim antequam sit processum.
- 183 Confessio in figura iudicij facta in criminalibus non nocet.
- 184 Pars simpliciter confitendo delictum, quod non est nō per hoc potest inducere delictum ubi non habetur, neque est.
- 185 Iudex potest quandoque corrigere suum errorem.
- 186 Item & mutare siue errauerit in processu, siue in interlocutorijs.
- 187 Iudex potest motu proprio reuocare suam interlocutoriam maxime non demandatam executioni num. sequent.
- 189 Iudex debet errorem suum corrigere etiam nemine instante.
- 191 Iudex motu proprio propriaque auctoritate potest corrigere errorem suum.
- 192 In iudice, qui dicitur vir bonus, non cadit dolus, quae regula procedit in vicario praecipue viro probato fidei laudatissimo atque nominis, & fama integerrimo sub num. seq.
- 193 Praesumitur pro iudice actum gerente.
- 195 Commodum & utilitas dicitur doli causa, quibus cessantibus dolum cessare est necesse, num. seq.
- 197 Sententia iudicis, aut arbitratoris, licet sit iniusta, non tamen dicitur dolosa, & quare.
- 198 Pena cessat, ubi non delictum est.
- 200 Dolo cessante, de pena tractari non oportet.
- 200 Falsitas quae non nocet nec ordinarie, neque extraordinarie, est punienda secundum quamplurimum Doct. opinionem, vide nu. seq.
- 202 Falsitas ut committatur, tria requiruntur: & quae.
- 203 Inspicienda est vexationis causa vnde originem duxerit, quando vicarius de bonis operibus dilapidatur, & sub nu...
- 204 Tritissimum est in iure: Tutius, sanctiusque esse nocentem absolueri, quam innocentem condemnare.
- 205 Etiam in crimine stellionatus requiritur dolus.
- 206 Dolus non nocens secundum ill. non puniuntur.
- 207 Disputatio ac discussio hac habita est ad splendidiorem demonstrationem innocentiae, atque integritatis vicarij, ad querelantium confusionem, & nu. 120.
- 208 Iudex potest officium mercenarium exercendo non postulat interponere circa illud quod radicatur in illius persona, ut faceret pronuntians, & valet et sine partis petitione.
- 209 Item potest exercere officium parte etiam non petente, in illis, quae pertinent ad suum decorem.
- 210 Item potest iudex interponere officium non postulatū motu proprio circa illud, in quo publica versatur utilitas.
- 211 Item in casibus in quibus versatur priuata, si concernat ipsius iudicis honorem.
Idem in illis, quae principaliter iudicis personam iurisque publici obseruantiam concernunt, ibidem.
- 213 Actori verba emendare non est prohibitum, & nu. 190.
- 214 Sententia est de actis.
- 215 De actis standum est simplici iudicis relationi.
- 216 Interlocutoria interpretatio per eundem iudicem, bene potuit fieri, num. seq.
- 218 Praetores omnesque iudices possunt sententiam latam corrigere, & emendare.
- 219 Iudex potest emendare suam sententiam circa verba.
- 220 Tota praesens disputatio fuit ad reprimendum querelantium animos, & sup. nu. 207.
- 221 Interamna nouum esset, nisi officiales suos dilacerarent, vexarent calumniarentque.
- 222 Calumniare dicitur actor eo ipso, quod non probat, & numero 258.
- 223 Dolus & calumnia praesumitur in illis, qui obiecta haud probant.
- 224 Vicarium dilacerantes puniri debent, nec valeret consuetudo, vel statutum, quod calumniatores non puniantur.
- 225 Et eo magis stante bona fama Vicarij, de qua nu. seq. & seq. num. 205. & sup. num. 232. 240. & 248. 249. & sub num. 253. cum pluribus seq.
- 226 Accusantes vicarium ultra penam iuris, quam ferunt, debent etiam mulctari, & num. seq.
Et qualiter relatiue, num. 255. & 256.
- 227 Clericus subdiaconus calumniam illatam, haud probans qualiter puniuntur, nu. 258.
- 228 Accusantes vicarium, ut inimici, erant ab accusando repellendi, qui etiam effecti sunt irregulares, num. seq.
- 230 Honor, & vita aequivalentur.
- 231 Accusator, actus notabilis, & nu. 105.
- 233 Vicarius gessit officium in multis difficultatibus, atque in ciuitate seditiosa.
- 234 Interamensium natura quae.
Quae probatur eleganter, sub num. seq.
- 235 Experientia veritatis lumen.
Item rerum efficax magistra, nu. seq.
Et valet argumentum ab experientia, nu. 238.
Nec meliorem habemus testem, quam natura ipsa, quae mentiri non potest, nu. 239.
- 240 Vicarius fuit sacrorum canonum, atque S. C. Trident. ac Bullarum Sanctissimi executor moderatus.
- 243 Alex. de Imol. auctoritas, eiusque innumerata laudes, vique ad nu. 247.
- 243 Vicarij bona vox, & fama in genere, ac in specie probata, & pluribus seq.
Quae in omnibus solet esse proficua, per eam enim confunduntur suspensiones nu. 249.
- 250 Vicarius, qui rite, recte, pie, atque laudabiliter in omnibus se gessit, est soluendus, & qualiter.
- 251 Dolum erga vicarium fuisse ex professo adhibitum inspicari haud potest, ex quo in eum quamplurima sunt contra ius attentata.
- 252 De bonis vita effectibus consilia adnotatur.
- 253 Iudicis fauore bona fama praevalet mala, etiam ubi mala in specie, bonaque in genere esset probata, num. seq.
- 236 Vicarius ultra damna, expensas interesset, iniuriasque atroces passas, dilaceratus incedit, ac sui dilacerates gloriam si incedit de suis calumnijs, quas iudices teneantur repellere.
- 257 Aequitatem praeculis habent boni iudices.
- 259 Accusatoribus nimium fauorem fuisse praestitum, verum quo maiori conatu haec acta fuere, tanto infirmiora esse debent apud graues, sapientes, integerrimos iudices, quorum proprium est hominum audacias, ac malitias proterere, innocentibusque subuenire, nu. 260.
- 262 Dubia tradita, sed primum defectuum, nu. seq.
- 264 Opponendo ac disputando veritas clarius elucescit.
- 265 Sapienter agitata magis splendet in lucem, & latens argumen-